



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Centvriæ Selectorvm Casvvm Conscientiæ. I. II. III.tia

Burghaber, Adam

Fribvrgi Brisgoiæ, 1665

32. Eventianvs præter consuetam cambij prouisionem pro mille florenis petit insuper 50. florenos, si intra tres menses mille illi floreni non reddantur; quod additamentum non tenere soluere Euentius, ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-40942

lio illa nec valida esset, vt rectè Granadus in 3. Part. Contr 7 Tr 10, D. 4. § 2 n 9. In quem sensum intelligendus S. Thom in 4. D. 10 q. 1. art. 2. quæstionc. 2. ad 3. & alij, quando aiunt, non posse validè recipi hoc Sacramentum ab excommunicato non tolerato,

XXXII. Euentianus campfor Venerus mille florenos numerat Euentio Meuiolani post annum soluendos eâ lege, vt si solutionem ad 3. menses differat vltra prædictû annum, præter consuetam eambij prouisionem addere teneatur 50. florenos pro periculo damnorum, cui campforem exposuit. Quæritur. Vtrum campfarius, si solutionem mille florenorum ad id temporis vltra annum differat, illud interesse saltem in foro conscientie soluere teneatur, supposito, quod attentis periculo damni & spe lucri cessantis ab initio sit iuste taxatum, si solutionem mille florenorum ad id temporis vltra annum differat: item quod Bulla Pij V. tale determinatum interesse prohibens in prædictis locis sit recepta.

Videtur teneri. Ita Navarr. in Manuali c. 30. n. 301. Molina, Valentia & nonnulli alij. Quia lex ista fundatur in præsumptione usuræ, quâ cessante in foro Conscientiæ cessabit obligatio.

Resp. Euentium Campfarium non teneri soluere illud interesse ab initio in pactum deductum. Ita Less. Salas. Filliucius, & alij, quos refert & sequitur Card. de Lugo D. 28. de iust.

Iust. n. iii. Nam licet pactum illud non sit irritum, quia Pontifex non irritat, est tamen illicitum, cum lex non fundetur in falsa præsumptione, sed in veris periculis & occasionibus peccandi, ad quas impediendas prohibet Pontifex vniversim eiusmodi pactum in cambio. Quod idem de alijs legib, humanis cambium vetantibus intelligi debet. *Acque sic etiam patet ad rationem in oppositum.*

XXXIII. *Eutyches debet 1000 aureos Eutychio, quos tamē præfractè negat, offerique juramentum etiam coram Magistratu suæ immunitatis, quod iuramentum falsò ipsum præstiturum esse, nouit Eutychius, qui interim egrè fert tanti debiti iacturam. Queritur. Vtrum Eutychius siue extra siue intra iudicium exigere possit iuramentum ab Eutyche, quem scit falsò esse iuraturum?*

Videtur non posse. Ita Syluius in 2. 2. q. 98: art. 4. conclus. 2. Sotus de iustit. L. 8. quæst. 2. art. 14. Basilius Pontius de Matr. L. 5. C. 18. n. 58. & num 60. 61. & 62. & plures alij Doctores, quos refert P. Thomas Sanchez L. 3. in decal. c. 8. n. 5. Prob. Tum auctoritate S. Augustini relati in Cap. ille qui. & Cap. qui exigit 22. q. 5. vbi absolute affirmat, eum, qui cogit alium ad iurandum, quem scit, falsò iuraturum, peccate, & peiorem esse homicidâ. Tum quia in iuramento falso, quatenus falsum est, nullum est bonum. Ergo exigi nequit.

Resp. Eutychium ex iusta causa recuperandi